Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

bene fundasti. Propterea illumi-
nabit oculos cordis et corporis tui do-
minus ihs xpus. Et faciens signum
crucis sup oculos eius. continuo ui-
dit lumen. et reuersa est ad domum suam
gaudens. et dans gloriam deo. et ie-
iunauit tribus dieb'. Et mittens btus
hermachoras fortunatum archidia-
conem suum baptizauit eam intra do-
mum suam. cum suis omnibus. Post
aliquantos uero dies. audiens seuastus
preses de beata alexandria. q'a bapti-
zata est a scto fortunato archidia-
cono. iussit eum comphendi. et ferro
uinctum ad carcerem duci. Quem cum
audisset scs hermachoras. dno deo
gras egit. quia dignatus est eum
eius martirio coniungere. Per dies
aut plurimos multa p eos mira-
bilia dns in carcere ostendit. Vi-
dentes aut hec sacerdotes pagano-
rum. collegerunt pplm incredulum
et unanimit uenerunt ad seuastum
presidem cum fustib' et lapidib'. cla-
mantes et dicentes. Ciuitas tota pit
pte. q'a usqz nunc facis uiuere homi-
nem qui p magicas artes pplm a-
lienat. et euertit mentes eorum ut se-
parant a dijs. Tolle magum. occide
maleficum. Si aut nolueris. te
ipsum inficiem'. Tunc seuastus
preses timens pplm qui p eum credi-
dit in noie xpi. misit nocte spicula-
torem. et in carcere decollauit beatis-
simum hermachoram epm. et scm for-
tunatum archidiaconem ei'. Quorum
corpa ——— colligens poncian' cu-
stos carceris. et omnem cruorem
sanguinis eorum colligens. in unum
collocauit locum. Audiens aute

Concurrentes aut ad eos omnes uarias in-
firmitates hntes. curabant ab eis i noie
dni nri ihu xpi; Vid.

hec gregori' cui' filium a demonio
liberauit scs dei hermachoras. et
alexandria que a beato fuerat il-
luminata. uenerunt nocte occul-
te cum linteaminib' mundis. et
ualde pciosis. et aromatib' condien-
tes corpa scorum mrm. sepelieruntqz
ea foras murum aquilegie ciui-
tatis. in agello memorate alexan-
drie in pace. Martirizat' est aut
beatissim' dei hermachoras epus
cum scto fortunato diacono suo
iiii idus iuly. Vita Sci Henrici Imperatoris. — iii Idus July.

Anno ab incarnaci-
one dni mille-
simo primo. ab
urbe aut con-
dita millesimo
septingentesi-
mo quinquagesi-
mo secundo.
ottone puero rome defuncto. ua-
cante regni solio. cum de principe
sub rogando ageret. omnium uota
nutu diuino ad eum inclinant.
qui tunc in regno habebat potissim'.
Fuit namqz pidem temp' dux ba-
uuariorum henricus. tam bonitate
quam nobilitate regia conspicu'.
et uniuersa morum honestate pclar'.
Hic initium sapientie timorem dni
plenit secutus est. et q'a erat omni
litterarum studio principalit imbutus.
totus sane fide et actu katholicus.
Hic ergo ab omnib' pari uoto et co-
muni consensu assciscit. diuina u-
tiqz disponente clemencia. ut per
temporalis regni fastigia. ad cul-
men celestis regni ptingeret.